

Joachim Stockmann

**Programma In Obitum ... Matronae, Elsebe Gerdes/ Uxoris desideratissimae ...
Viri, Dn. Joachimi Schuttenii, Consulis huius Reipubl. meritissimi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744951X>

Druck Freier  Zugang



Stocman, J.,
in E. Gerdes,
uxor. J. Schutten.

Rostock. 1630.

59

PROGRAMMA

IN

Obitum

Honestissima, Ornatissima & Laudatissima
Marrone,

Elisebe Herdes /

Uxoris desideratissimæ

Amplissimi & Prudentissimi Viri,

DN. IOACHIMI SCHUTTENII,
Consulis hujus Reipublicæ
meritissimi.



ROSTOCHI

Litteris Ioachimi Pedani, Acad. Typ.

ANNO M. DC. XXX.

Rector
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
D. JOACHIMUS STOCMANNUS
Physices Professor.



Um multa sint orna-
menta mulieris Christia-
næ, præter pietatem erga
Deum & dilectionem pro-
ximi: tum haud scio, an
non reliquorum præcipua
sint Amor mariti, amor li-
berorum, & sedula rei familiaris cura. Etenim
quæ virum, in cujus manum, relictis parenti-
bus, semel convenit, amat, in eo sibi omnia sita
esse arbitrabitur, & haud facile vel omittet vel
committet, quod oculos ipsius & animum of-
fendere possit: faciet autem, & animo quidem
lubentissimo, quæ marito sciet fore quam gra-
tissima. Ejus generis Andromacham fecit
Homerus Iliad. 6. cum ad maritum ita loquitur,
*σύ μοι ἐσσι πάτηρ καὶ πότνια μήτηρ ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δὲ μοι
ἄλλος περικαίτης.* Tu mihi es pater & veneran-
da mater, Et frater, tu & mihi florens maritus.
Hunc amorem comitatur concordia, vincu-
lum

lum conjugij adamantinum & ὀργανικόν
preciosum, ut idem Poeta judicat, in alterius
operis Libro 6. quo Ulysssem facit optantem
Nauficax: ἄνδρα τε καὶ οἶκον καὶ ὁμοφροσύνην, ἑσθλῶν
ἐμὸν γὰρ τὰ γε κρείσσον καὶ ἄρειον ἢ ὅθ' ὁμοφροσύνῃ τε νοήμασιν
οἶκον ἔχηεν ἄνηρ ἢ γυνή, πολλὰ ἄλλα δυσμύθεον, χάριτα
δ' ὀμνέτωσι: μάστιγα δὲ τ' ἔκλυον αὐτοῖ. Virum & do-
mum & concordiam, neq; n. est aliquid melius,
quam si concordēs cohabitent maritus & uxor:
ij multos inimicis dolores afferunt, multa ami-
cis gaudia & ipsi bene audiunt. Quale conju-
gium fuit illud Albutij & P. Rubrij celeris:
quorum ille cum Terentia XXV. annos, iste
quatuor & quadraginta cum Ennia vixit, sine
offensa, sine querela: Mirum sit, ni ex hoc ma-
riti amore nascatur amor eorum quos tan-
quam amoris mutui pignus honesta & casta
mulier accepit, eumq; declaret sedula cura in
educandis & informandis quos peperit. Cum
enim officia mariti non raro ea sint, ut huic rei
vacare, ita ut merebatur, non possit, nulla re
magis amorem suum, quo erga maritum ardet,
honestā & pia matrona declarabit, quam eo,
quem ipsis liberis præstat: &, ut in marito
omnem thesaurum sibi reconditum habet, ita
hunc, ex isto natum, alterum thesaurum nec
minori amore complectetur, nec leviori cura


servare itudebit. Opulenta quædam campana
cum Romam venisset, excepta q; esset hospitio
â Cornelia matre Gracchorum, illa huic omnē
mundum muliebre[m] explicuit, sanē gemmis,
auro, vestibus divitem; quem ubi satis lauda-
vit Cornelia, rogavit campana, ut illa vicissim
ostenderet sibi, quid in ejus cimelijs pretio-
sum haberet. Commodum aderant pueri Grac-
chi ex Ludo literario reversi, quos illa digito
commonstrans, inquit, hi mea cimelia, hi the-
sauri. Nec aliud Lacæna Jonicæ cui-dam de
textura glorianti, quatuor sibi filios esse, inquit,
omni textura ac tela cariores. Et sane Cornelia
hunc suum amorem satis declaravit in eo labo-
re, quem pueris erudiendis ipsa simul cum alijs
magistris sumsit: idq; exemplum aliæ secuta
sunt. Rei deniq; cura familiaris ita honesta &
sedulæ matri familias propria est, ut nefas pe-
ne sit, eam domi quidem, cum viro communi-
care, viro enim convenit foris quærere quod
illa domi fervet. Ex hoc genere, fuit ea, cui
hæc scribimus Magnifici Amplifs. & Pruden-
tissimi Viri, Dn. IOACHIMI SCHUTTEN
Consulis de hac Rep. benē meriti Uxor EL-
SABE GERDES, qui & maritum, & liberos, &
rem familiarem ad huuc fere modum amavit:
nec

nec sane aliter decuit eam, quæ ex ejus generis
parentibus & majoribus ortum duxit. Nata
enim est ex ijs parentibus, qui istarum virtu-
tum simul præcepta suppeditabant & exempla.
Patre quidem *Ioachimo Gerdes*, Cive hujus ur-
bis primario, qui cum Uxore *Catharina Cruge-
ria* ipsos quadraginta annos vixit, in conjugio
placido ac pio, & ex ea præter *Matthæum* Ju-
risconsultum & Syndicum Reip. Wismar. dum
viveret, *Ioachimum* adhuc superstitem suscepit,
duas item filias, hanc *Eljabetham* & *Mariam*
civi primario, Templi Jacobæi Præfecto, Dn.
Henrico Geismer nuptam. Avo gavisâ est ma-
terno quidem *Matthæo Crugerio* Cive Wisma-
riensi itidem primario: Paterno autem *Henri-
co Gerdes*, Consule hujus Reip. nunquam satis
laudato, & avia *Elisabetha* Amplis, Viri *Bran-
dani Smedes* Consulis Wismar. filia. Ex his ergo
parentibus nata, anno millesimo quingentesi-
mo septuagesimo quarto, die decimo septimo
Augusti, hæc ELSABE, non aliter educata est,
quam Virgini ex amplissima familia orta con-
veniebat, in studio pietatis, castitatis, & pru-
dentia: Oeconomica: ijsq; virtutibus concilia-
vit sibi virum, cujus neque tantam familiam,
neque tam eximiam virginem pœniteret, Dn.

Ioachim Schutten, qui prudentia, & rerum gerendarum dexteritate meruit, ut maturè in ordinem Senatorium, dein ad consularem quoque dignitatem proveheretur. Huic marito legitimis nuptijs, anno septimo & nonagesimo ejusdem seculi, die trigesimo septembris, conjuncta, ita vixit, ut viri amorem florente sobole, amorem sobolis felici educatione, curam rei familiaris opulentia incrementò, Deo benedicente, testaretur. Concessit enim florenti conjugio Deus sobolem novenum liberorum, hac serie, *Annam, Nicolaum, Catharinam, Elisabetham, Ioachimum, Emerentiam, Matthæum, Christianum, Henricum*: Ex qua licet communis mortalitas tertiam partem decerpserit & *Annam, Catharinam, Ioachimum*, sibi quasi pignorerit, tamen sex reliqui defunctorum vicem abundè supplet: In primis CL. Vir, Dn. *Nicolaus* secundogenitus, qui à teneris, inter literas educatus, præmium tantæ diligentia & laboris acquisivit & summos in utroque Iur. Doctoratus honores, summo parentum gaudio, adeptus ingenij vires & eruditionis ad communem utilitatem sedulo & studiose confert. Tum *Elisabetha*, quæ ornatissimo doctissimoq; viro, Dn. *Valentino Beselino* legitimè nupta est. Verum


rum ut omnia caduca sunt, perennē sub polo
nihil: Ita & hinc felicitati sua periodus decre-
ta, suus terminus constitutus est. Cum enim
hæc matrona, Viri Amplissimi honoribus, li-
berorum flore & fortunis gauderet, domi & in
corpore inventum est, quod cursum istius feli-
citatē turbaret, ac primo statim adventu hosti-
litate suam proderet. Quod malum licet
paulo post adventum non nihil remittere vi-
deretur, & adstantibus bonam spem pareret:
tamen graviori impetu rediens omnes de-
cumbentis vires ita debilitavit, ut eam die de-
cimo quinto Aprilis, hora tertia noctis ma-
rutina opprimeret atque exstingueret. Quid
autem exstingueret? imò piè & placidè inter
lacrymas & preces adstantium suorum viatico
cœnæ Dominicæ instructa & munita, redem-
ptori suo reposcenti animam reddidit atque ita
beate obdormivit. Nullum igitur dubium est,
quin anima Dei manibus commendata sua bea-
titudine utatur, fruatur: maritus vero ex hac
diabolica dolorem gravissimum sentiat, qualis
hoc genus discidij comitari solet. Quem licet
superstitēs liberis sua pietate magnam partem
leniant, tamen non nihil nobis quoque reli-
ctum est. Non solum igitur, quod possumus,
Deum

Deum rogabimus ut spiritum sanctum efficacissimæ consolationis ei impertiat, & animum gravissima ægitudine afflictum erigat: sed etiam exequias nostra frequentia celebrabimus ita, ut vir de utraq; Republ. benè meritus intelligat, merita sua & favorem nostro ordini semper paratū & promptum eo à nobis loco acceptum & positum esse, quo qui summus est accipi & collocari debet. Quare hortamur & invitamus omnes nostræ juris dictioni subjectos ut hoc officium non tam nobis, licet nobis quoq; præstitum putabimus, quam ipsi Dn. consuli, imo in laudatissima familia, Consulibus, præstare velint, & in templo Mariano ad medium hor. secundæ frequenter convenire, ubi non solum nostras fortunas & ecclesiam deo commendemus, sed etiam nostram mortalitatem recordemur, & ad migrandum, cum Deus jusserit, nos accinctos & paratos esse declaremus. P.P.
Rostochij 18. Aprilis Anno 1630.





rum ut omnia caduca sur
 nihil: Ira & hinc felicitati
 ra, suus terminus constituit
 hæc matrona, Viri Ampli
 berorum flore & fortunis
 corpore inventum est, quo
 citatis turbaret, ac primo st
 litatem suam proderet.
 paulo post adventum non
 deretur, & adstantibus bo
 tamen graviori impetu
 cumbentis vires ita debilit
 cimo quinto Aprilis, hor
 rutina opprimeret arque e
 autem exstingeret? imò
 lacrymas & preces adstanti
 cœnæ Dominicæ instructa
 priori suo reposcenti animam
 beate obdormivit. Nullum
 quin anima Dei manibus co
 titudine utatur, fruatur:
διχολομία dolorem gravissim
 hoc genus discidij comitari
 superstites liberis sua pieta
 leniant, tamen non nihil
 dum est. Non solum igitur



nē sub polo
 dus decre
 Cum enim
 oribus, li
 domi & in
 stius feli
 ntu hosti
 alum licet
 mittere vi
 n pareret:
 mnes de
 am die de
 octis ma
 et. Quid
 cidē inter
 m viatico
 , redem
 atque ita
 bium est,
 a sua bea
 ero ex hac
 t, qualis
 quem licet
 n partem
 que reli
 ossumus,
 Deuna